

Clm 14134 fol. 106v (108v):

Gabriel Condulmario, qui nunc Eugenius papa quartus appellatur, nacione Venetus est. ... Hic parentibus conditis, cum esset admodum dives, adhuc adolescens Christi vocem secutus omnia, que habebat, distraxit ac pauperibus dedit tollensque crucem suam cum Anthonio Condulmario religionem ingressus est diuque panem mendicavit, donec Angelus Corario ..., qui papa Gregorius dictus est, Anthonium nepotem suum ad Romanam curiam evocavit. Nam cum Anthonius absque socio religionem nollet relinquere – plurimum enim se ambo invicem obligabant, aliter diligebant –, uterque vocatus est, et Anthonius ecclesie Bononiensi prefectus, Gabriel vero in Senensem episcopum est ordinatus. Simili quoque fortuna et ad cardinalatum ambo proveci sunt. Tantaque inter eos animorum concordia tantaque dilectio invicem fuit, ut ex convictu gemini vocarentur.

Zweite Geschichte des Basler Konzils (1450)¹⁰:

Huic (Martin V.) Eugenius quartus in apostolatu successit, qui, non humili apud Venetos loco natus, parentes habuit, ut mercatura solet, admodum locupletes. Quibus sepultis, non surdus auditor evangelii, distracto patrimonio et Christi pauperibus erogato, tollens crucem suam secutus est Christum religionemque non tam probatam quam rectam ingressus cum Antonio Corario, nobili Veneto, tamdiu monasticam vitam duxit, donec Angelus Corario, qui pontificatum in scismate gessit, Gregorius duodecimus nuncupatus, nepotem suum et se una ad curiam evocavit, qui et Antonium Bononiensi et Gabrielem Senensi prefecit ecclesie ac tandem ambos in cardinalatus ordinem assumpsit. Horum tanta inter se familiaritas et dilectio fuit, ut ex convictu gemini vocarentur.

Historia Australis, erste Fassung (1453)¹¹:

Eugenio, priusquam sedem Petri ascendisset, Gabriel nomen fuit, apud Venetos ex plebe, sed divitibus ortus mercatoribus. Quibus vita functis adhuc adolescens cum Anthonio Corario (über gestrichenem condulmario) nobili Veneto et coequali suo distracta paterna substantia et in pauperes erogata religionem accepit. Exinde cum Angelus Corario Antonii patruus tempore scismatis ad papatum ascendisset, quem Gregorium XII. appellaverunt, et hic nepotem suum ad Bononiensem ecclesiam promovisset, ne sine comite religionem exiret, Gabriel quoque

im Folgenden zitierten Passagen aufweist, vgl. Barbara BALDI, Profili di papi e di imperatori in Enea Silvio Piccolomini, in: Medioevo dei poteri. Studi di storia per Giorgio Chittolini, hg. von Maria Nadia COVINI u. a. (2012) S. 195–213, hier S. 199 f., S. 204–206. Zu den auch bei Piccolomini eine Rolle spielenden Verwandtschaftsverhältnissen vgl. neuerdings Dieter GIRENSOHN, Parallele Karrieren in Staat und Kirche. Der Venezianer Adelige Filippo Correr und sein Bruder Angelo, Papst Gregor XII., in: MIOG 123 (2015) S. 371–401, bes. S. 383 f. und S. 388–391 zu Gabriele Condulmer (Eugen IV.), Angelo und Antonio Correr.

10) Der Briefwechsel des Eneas Silvius Piccolomini. II. Abt.: Briefe als Priester und als Bischof von Triest (1447–1450), hg. von Rudolf WOLKAN (Fontes rerum Austriacarum II, 67, 1912) Nr. 44 S. 164–228, hier S. 169.

11) Eneas Silvius Piccolomini, Historia Australis. Teil 1. Einleitung von Martin WAGENDORFER. 1. Redaktion hg. von Julia KNÖDLER (MGH SS rer. germ. N. S. 24,1, 2009) S. 38.